



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An Deus etiam reputet pro operibus bonis, quæ vel verbaliter aut  
literatliter non præcepit. tit. 158

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

TITVLVS CLVIII. 381

viro, qui ædificat domum suam &c. Et Paulus Ro  
mano. 10. postquam dixit, Corde creditur ad iustitiam,  
et inquit: Non omnes obediunt Euangelio, &c.

AN D E U S E T I A M R E P U T E T  
pro operibus bonis, quæ vel verbaliter aut  
literaliter non precepit.

T I T V L V S CLVIII.

O T A Ndum primò, quod nullum opus  
dari potest, quod non sit compræhen-  
sum sub operibus præceptorum Deca-  
logi: omnia enim illuc referri possunt,  
et si non literaliter exprimantur, siue sit  
catus, organum, fistulae, peregrinationes, vestitus,  
iumentum, indulgentiae, feriae, delectus, ciborum &c.  
Hec omnia ex fide & dilectione Christi, ad laudem &  
gloriam sui nominis, non in finem iustificationis,  
vnt. Nec incipimus ab illis operibus esse boni & iu-  
sti, sed iam iustificati fide, illa facimus, & iustificatis  
præcepit ut decalogum seruent, corpus castigent &  
offerant, Rom. 12. ieiunent, orent, Matthæi 6. Sub istis  
nam operib. & cæremonijs præcepta Dei seruamus.  
Præcepta sunt nucleus, hæc testa, Matt. 23. Hæc opor-  
ter facere, & illa non omittere.

Secundo, Nullū opus placere Deo, nisi quod Chri-  
stus proprio ore vel scriptis præcepit, expressè falsum  
di Nam cibus, potus, vestitus Ioannis baptistæ, non  
aut præceptus illi, Matthæi 3. at nunquid displicuit  
Deo? & eratne inane & frustraneum? Absit, alioqui  
non fuisset commendatus à Christo, Matthæi 11. Sic  
cibus Regis non fuit comedens à Daniele, cum omnis  
literatura sanctificetur oratione & verbo, 1. Timoth. 4.  
Nunquid frustra id fecit Daniel, aut cum displicen-  
tia Dei? Absit, alioqui non dedisset ei Deus Spiritum  
sapientiae, nec liberasset à camino ignis & lacu leo-  
num, Daniel. 3. 6. & 14. Sic Iudith non manducat de  
B B b cibo Ho-

cibo Holofernis, sed nunquid illi Deus prohibuit  
Minime, alioqui non amputasset caput Holoferni,  
Judith 13.

Sic filij Rechab non biberunt vinum, nec adhuc  
uerunt domum, neq; agros aut vineam. At nunquid  
haec præcepit Deus? aut male egerunt? Absit, immo  
propheta Ieremias arguit Iudæorum negligentiam  
per horum obedientiam, Ierem. 35. Sic David ordina-  
uit absq; præcepto Dei cultum cum cantoribus, 1 Pe-  
teral. 25. Sic Ezechias ordinavit varia genera Musica,  
2. Paralip. 29. Surgit media nocte, Psalm. 118. Sed om-  
nia haec nūm præcepit illi Deus aut lex Moysæ sic  
vidua in templo vacat ieuniis & orationibus die &  
nocte, sed quis illi præcepit? nunquid non sicut bona  
opus? Cur ergo datur illi & reuelatur, quod puer  
sit Christus? Sunt ergo & alia multa bona open-  
cet non expressa, &c.

Tertiò, Dei præcepta quandò sunt per ordinatio-  
nem humanam, vel cæremonijs, ad decorum & ma-  
iestatem præcepti ut ieunium, orandi & ferianditæ  
pus fit certis diebus, ibi non est pura traditio huma-  
na. Ideò si quis rejicit cæremoniam, etiam ipsius  
pus, ordinis causa institutum rejicit. Sic si rejicit mo-  
nachatum, etiam obedientiam & castitatem, & pa-  
pertatem rejicis, quæ opera & Christus seruauit al-  
laudem patris sui, & scriptura hæc omnia commen-  
dat. Inuidia ergo hæretica omnia condemnat.

**OPUS PROPITIATORIUM**  
& opus Eucharisticum quomodo  
discernuntur.

**TITVLVS CLIX.**



Otandum primò, quod solum est tri-  
cum opus propitiatorium, id est, pla-  
cans irā Dei, & saluans, impetrans gra-  
tiam Dei, scilicet, mors & victimam Cris-  
ti, Eli-